

inserit, quanto rectius hanc laudem
suavissimis Poëtarum monumentis
tribuendam arbitramur , sub qui-
bus & ipsis Philosophiæ mysteria,
non secus ac sub pampinis uvæ de-
litescunt? Ad hujus igitur tam præ-
claræ artis amorem studiumq; ut a-
dolescentum animos incenderem ,
visum est faciendum , ut hanclucu-
bratiunculam meam ad commu-
nem usum in publicum emitterem.

Vobis autem, Magnifici, Nobi-
liss., Ampliss., Consultiss. Clariss. &
Prudentissimi Viri, Fautores pl. co-
lendi, cur hoc carmen quamvis nec
ingenio perfectū nec industriâ satis

ela-